

2

COLVMB A

A N I M A E,
PER R.^m ET CATHOLICVM
VIRVM. D. LAURENTIVM DAVI
DICVM ÆDITA. ET
spiritualia profitenti-
bus perutilis.



Quæ in hoc opere continentur:

De COLVMB A animæ in Deo proficentis,
De Congrua gratioris nominis electione,
De mira summi Pontificis dignitate.



C O L V M B A

A N I M A.



O L V M B A vtique est anima, quam cius sponsus sic in canticis alloquitur : (licet de ecclesia & hoc intelligatur) **Veni C o l v m b a** mea, formosa mea, surge propera amica mea , & veni, in foraminibus petrae & in cauernis maceriarum suauiter immoreris, quum extinctis inordinatis affectibus illius in ardescit desiderio, ei cupit placere & timet displicere, internum illius peroptat amplexum ipsum dulciter diligit, ei innititur, eius sectatur vestigia, in eius vulneribus tanquam in foraminibus petrae, & maceriarum cauernis inhabitat, ut fidelis amica eius sitit honorem, inquirens iugiter quae beneplacita sunt ei. Illius pennae sunt deargentatae, posteriora dorsi eius in pallore auri conspicuntur, alae eius sunt vera humilitas, & deuotio, pedes eius sunt castus amor, & sanctus timor, qui permanent in saeculum saeculi, rostrum eius est discretio, felle caret iracundiae, dum seipsam possidet in patientia. **Q uis dabit ergo mihi penas sicut C o l v m b a** & volabo & requiescam? **C o l v m b a** propter eius mansuetudinem Deo offerebatur in sacrificium Leui. 5. Sic & nos mites & humiles corde quicquid in nobis est Deo offerre & resignare debemus. **C o l v m b a** inter granaria sibi proposita corrupta dimittens eligit meliora, sic & nos ut probemus an ex Deo sint discernenda à nobis

cificationem veramq; Christi imitationem h[ab]ent aliter pro-
fitentur, proximum ædificant, carnem dominunt, spiritum
roborant, terrena despiciunt, cœlestibus inhiant & vetu-
statem terrestris Adæ pœnitus exuentes vitæ nouitatem
induant, exquò Christus nouus homo mandato nouo
fecit nouum hominem. Tales vt oinnes simus vestris iu-
giter intercessionibus efficite & ubiq; protectores estote
Summi Pontificis (cui, cum omnes iure & meritò in do-
mino laudes conueniant, nullus laudibus, vt sacri Do-
ctores asserunt, adulati conuincitur) quò nostræ fidei
hostibus diuina virtute comprescis in omnibus catholica
veritas effulgeat & Christiana libertas per Christum do-
minum nostrum. Amen.

F I N I S.

M E D I O L A N I

EXCVSSVM PER VINCENTIVM

G I R A R D O N V M A N N O

D O M I N I M. D. L X I I .

Die XIII. Martij.

P R O C H R I S T I G L O R I A .

S E N A T V S P E R M I S I T . M. D. L X I I .

Die II. Martij (quantum in se est) Ut
hæc C O L V M B A Animæ imprimeretur.

Franc. Petranigra.